



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XVII. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Alexius Ordinis Servitarum B. V. Dominae hujus obsequio 70. annos addixit, cuius amorem 100. quotidie salutationibus Angelicis testabatur. Sabbatho ad requiem & mercedem servus bonus & fidelis evocatus, à Christo ingentis pretii coronam capiti suo imponi, & Angelos candidarum avicularum specie circum volitantes conspexit. *Ex hist. Ord.* Si hæc dat in terris, quæ non parabit virgo præmia Clientibus in cælo.

Ora pro me magne maximæ Virginis serve B. Alexi, ut ex toto corde, tota anima & omnibus viribus meis Mariæ serviam, ut contra Diabolicos insultus Angelorum tutelâ defendar, sicque superatis inferni suggestionibus ad laudandam æternùm Angelorum Reginam & vita discedam. O sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus &c. f. 2.

Ad quod impetrandum Alexium agam hodie, ac nullam meæ, cælique Reginæ iconem sine exhibitâ reverentiæ significatione præteribo.

Hæc Domina est, per quam franguntur vincula, solvuntur debita, vincuntur vitia, roborantur infirma, incepta promoventur. *S. Anselm. sup. Salv. Reg.*

Quæstio: An Deipara sciat singulas singulorum hominum necessitates? v. *Bona in defens. B. V.*